



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Ego dormio, & cor meum uigilat. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror  
mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum  
plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui me ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVPER. IN CANT. CAN. CAP. V.

¶ Ego dormio, & cor meum uigilat. Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus misit manū suam per foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Surrexi, ut aperirē dilecto meo. Manus meæ distillauerunt myrrham primam, & digiti mei pleni myrrha probatissima. Pessulū ostij mei aperui dilecto meo. At ille declinauerat atq; transierat. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quæsiui illum & non inueni. Vocauī & non respondit mihi. Inuenerunt me custodes qui circueunt ciuitatem. Percusserunt me & uulnerauerunt me, tulerūt mihi pallium meū custodes murorum. Adiuro uos filiæ Hierusalem, si iueneritis dilectum meum, ut annūciatis ei, quia amore langueo.

¶ Ecce hic o Maria beatiss. ecce hic nobis quasi per speculum in ænigmate subluceat uita tua, ut

ita inclita, quæ (ut dicere uel canere sã consue-  
mus) cunctas illustrat ecclesias. Totus fere huius  
capituli sensus ad illud pertinet, quod in te latet  
& supra nos est: quemadmodum supra dicebat  
dilectus, oculi tui colubæ absq; eo quod intrin-  
secus latet: sicut fragmen mali punici, ita genæ  
tuæ absq; eo quod intrinsecus latet: Admouea-  
mus igitur hoc speculũ, & diligenter oculis cor-  
dis exinde contẽplemur, ut saltem aliqua ex par-  
te cognoscamus sanctissimam conuersationem  
tuam.

sup. ca. 4.

¶ Ego dormio & cor meum uigilat.

¶ Quid hoc est aliud, nisi illud ipsum, quod alibi  
dicit habitatrix pectoris tui sapientia dei, in om-  
nibus requiem quæsiuit? Et quid hæc sunt,  
ego dormio, & in omnibus requiem quæsiuit  
nisi optimam partem elegi, relictis cunctis sol-  
licitudibus uel in curis sæculi? Et quidem mul-  
tæ filia siue multæ animæ taliter dormierunt,  
uel dormire cupierunt: sed tu dormitionis hu-  
ius totum obtines magisterium, & uigiliarum  
cordis totum tenes principatum. Quid aliud  
nobis in Psalmo loquitur idem dilectus dicens:  
uacate & uidete quoniam ego sum DEVS?  
Hoc nanque idem est, ac si diceret, uos dormi-  
te, & cor uestrum uigilet. Intelligimus igitur,  
quid dicas, ego dormio, & cor meum uigilat,  
scilicet quia talem nobis ut sequamur uitam tu-  
am esse insinuas, qualis in patre tuo Iacob quasi  
per umbrã significata est, qui & ipse quãdo dor-  
miuit, tũc cor eius uigilauit, sicut scriptum est.  
Cũq; uenisset ad quẽdam locum & uellet in eo

Eccl. 24.  
Luca. 10

Psal. 45

Gene. 28.